

rum Regis Christianissimi nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus praedictae Civitatis Parisiensis, & illius Dioecesis terrarum, villarum, & locorum conviciniorum hujusmodi incolis, & habitatoribus, ac eo pro tempore accedentibus, vere poenitentibus, & confessis, ac sanctissimo Eucharistiae Sacramento refectis an. proximo futuro 1626. unam seu plures Ecclesias, seu Ecclesiam per venerabilem fratrem Archiepiscopum Parisiensem deputandam, seu deputandas per quindecim dies continuos, vel interpollatos, quos pro Dioecesis pauperibus, infirmis, senibus, praegnantibus, virginibus, viduis, & aliis quovis alio legitimo impedimento detentis, ac capitulis, congregationibus tam secularium, quam regularium, sodalitatibus, universitatibus, confraternitatibus Ecclesiam, seu Ecclesias hujusmodi visitantibus, atque etiam ob alias causas, prout dicto Archiepiscopo videbitur, ad minorem numerum arbitrio suo reduci, & alibi etiam tam in dicta civitate, quam in quibusvis ejusdem Dioecesis terris, castris, villis, & locis, unam, vel plures Ecclesias visitando, prout animarum saluti noverit expedire dicto arbitrio deputari posse volumus; devote, & reverenter visitando, & ibi quinquies orationem dominicam, & toties salutationem Angelicam pro peccatorum suorum remissione, ac pro pace inter Principes Christianos conservanda, & haereticum extirpatione, sanctaeque Romae Ecclesiae exaltatione pie ad Deum orando Plenariam ejusdem anni Jubilaei omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem consequantur, perinde ac si dicto Jubilaei anno quatuor Ecclesias dictae almae Urbis pro consequendo Jubilaeo hujusmodi deputatas statutis ad id diebus personaliter visitassent, & alia ad hoc requisita adimplevissent.

Dat. Confessarius facultatem absolventi a capibus Sedi Ap. reservatis.

Hujusmodi Jubilaeum ad eos etiam extendit qui Romam anno Sancto venerunt.

Archiepiscopo facultatem

§. 3. Et ad effectum hujusmodi illis, ut confessores, quos idem Archiepiscopus Jubilaei hujusmodi causa in statutis ecclesiis nominatim delegerit, sibi eligere valeant Presbyteros seculares, vel cujusvis Ordinis regulares, qui confessionibus eorum diligenter auditis eos, & eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, & quantumcumque gravibus, & enormibus etiam Sedi Apostolicae reservatis, ac literis, quae in die Coenae Domini legi consueverunt, contentis, ac censuris, & poenis ecclesiasticis ad effectum ipsius Jubilaei consequenti tantum, inuncta eis poenitentia salutari absolvi possint.

§. 4. Nec non ut illi, qui Romam venerunt, & alibi etiam Jubilaeum ipsum quovis modo consequuti sunt, denuo etiam illud juxta tenorem praesentium consequi valeant, auctoritate apostolica, harum serie concedimus, & indulgemus.

§. 5. Praeterea ipsi Archiepiscopo, ut cujusvis Ordinis monialibus, & orphanis, alia-

rumque mulierum in communi viventium congregationibus ad Jubilaeum intra monasteria, domosve suas consequendum conditiones, modum, & tempus praescribendum, & denique in praemissis omnibus, & singulis arbitrio suo facere, ordinare, & providere, ac quaecumque sibi visa remedia opportuna adhibere possit, prout animarum saluti expedire judicaverit, facultatem tribuimus: Praesentibus ad tres menses a die publicationis praesentium inchoandum dumtaxat valituris.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Die 13. Junii 1625. Pontificatus nostri anno II.

CXXXI.

Irritatio Decretorum per nonnullos Judices Regni Portugalliae contra libertatem, & immunitatem ecclesiasticam, ac Collectoris, ejusque officialium Jurisdictionem, latorum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. AD audientiam Apostolatus nostri, non sine justo, & gravi cordis nostri dolore, pervenit, quod procedente nuper in diversis Causis Ecclesiasticis in Civitate Ulixbonen. pro sui muneris auctoritate, dilecto filio Magistro Joanne Baptista Palotto in utraque signatura nostra Referendario, Jurium, & spoliarum Camera Apostolicae debitorum in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Collectore generali, seu ejus Auditore, & Judice delegato; cum pars altera ad Judices seculares temere recursum habuisset, Judices hujusmodi, & postmodum alii pariter seculares non solum contra Auditorem praedictum, sed etiam contra eundem Joannem Baptistam Collectorem, occasione dictarum causarum, suis injustis, & invalidis decretis, ac mandatis contra immunitatem, & libertatem ecclesiasticam attentatis, jurisdictionem pariter ecclesiasticam, & Sanctae Sedis Apostolicae Officialium violando, impediendo, & perturbando procedere praesumpserunt, & ad quaedam eidem ecclesiasticae libertati, & immunitati, ac ipsius Joannis Baptistae Collectoris auctoritati maxime adversantia venerunt: per quae inter alia decreverunt, ut dictus Auditor caperetur, & Regnis praedictis expelleretur, ipsiusque bona, etiam temporalitates sequestrarentur, unde in vim eorumdem Decretorum, seu alicujus eorum Satellites domum ipsius Joannis Baptistae Collectoris, illius salutaribus monitis temere contemptis, ingressi sunt, sententias excommunicationis, & alias ecclesiasticas censuras, & poenas gravi cum scandalo totius Civitatis, ac Divinae Majestatis offensa graviore incurrendo.

Dat. Monialibus, aliisque consulendi.

Contraria tollit.

Dat. die 13. Junii 1625. An. II.

Faci. series.

§. 2. Quamobrem nos, qui in Sede Beati Petri quamquam immeriti a Domino positi sumus, ne excessus hujusmodi, ac ecclesiasticae libertatis, & immunitatis tam enormis violatio dissimuletur, & transeat in exemplum, pro nostro pastoralis officii debito providere, & malorum graviorum fegetem, & radicem, quantum a Deo permittitur, nostra auctoritate apostolica evellere volentes; motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac merita deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine, omnia, & singula praemissa a praedictis dictorum Regnorum Judicibus secularibus, etiam supremis, quocumque nomine, titulo, & prerogativa, & gradu insignibus in causis praedictis, & earum occasione contra dictum Joannem Baptistam Collectorem, ejusque Auditorem, seu Delegatum, Officiales, Ministros, familiares, & bona quocumque praetextu, vel quaesito colore quomodolibet decreta, mandata, acta, facta, ordinata, & sive scriptis, sive verbis quomodolibet attentata, quae omnia, & singula praesentibus haberi volumus pro expressis, nulla, invalida, irrita, & inania, ac nulliter, invalide, inaniter, & de facto contra sacros Canones, Conciliorum Decreta, & Apostolicas Constitutiones attentata, & praescripta.

Clausula pro praesentium litterarum firmitate.

§. 3. Praesentibus Literas, & in eis contenta quaecumque de intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, rescindi, infringi, in Jus, vel controversiam vocari nullatenus posse, sed semper valida, firma, & efficacia fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, tenore praesentium decernimus, & declaramus.

Prohibitio sub poena excommunicationis, ne quid impostorum contra immunitatem ecclesiasticam attentetur.

§. Et nihilominus, ne impostorum similia praesumantur, omnibus, & singulis Judicibus secularibus, etiam supremis dictorum Regnorum, quocumque nomine nuncupentur, cujuscumque gradus, conditionis, & prerogativa existant, ne talia hujusmodi, aut similia adversus immunitatem, & libertatem ecclesiasticam, etiam quocumque praetextu contra Ecclesias, Praelatos, Judices, & personas, res, & bona, ac eorum jurisdictionem, & auctoritatem, ejusque liberum exercitium quomodolibet committere, aut attentare praesumant, sub excommunicationis majoris, a qua non nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo absolvi possint, aliisque ecclesiasti-

cis sententiis, censuris, ac privationis quorumcumque Beneficiorum, pensionum, officiorum, & Dignitatum Ecclesiasticarum, ac militarum, & ordinum quorumcumque, perpetuaeque inhabilitatis, tam quoad ipsos delinquentes, seu contumaces, quam quoad eorum descendentes usque ad eorum quartam generationem ad illa impostorum quomodolibet obtinenda, necnon amissionis quorumcumque Jurium patronatus, privilegiorum, indulgentiarum, concessionum, & investiturarum, tam emphiteuticarum, quoad feudalia eisdem delinquentibus, & seu contumacibus, suisque, ut praefertur usque ad quartum gradum descendendum, quocumque titulo apostolico, aut alio ecclesiastico quomodolibet nunc, & pro tempore competens, & acquirere, poenis ipso facto absque ulla declaratione incurrent. interdicimus, & prohibemus.

Obstantium derogatio.

§. 5. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Quorum omnium, & singulorum tenorem, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis haberi volumus. Aut si praedictis, vel quibusvis aliis personis ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspensi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Etiam danda stantim p. s.

§. 6. Volumus autem, quod praesentes literae, seu illarum exempla manu Notarii publici subscripta, & sigillo alicujus personae sui dignitate ecclesiastica constituta munita, & ad valvas Ecclesiae Ulixbonen. affixa ita omnes ardeant, & astant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

Dat. die 10. Junii 1625. An. II.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 20. Junii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CXXXII.

Decreta S. Congregationis Concilii de celebratione Missarum, ac de prohibitione illas moderandi, seu reducendi absque Sedis Apostolicae licentia. Necnon de earumdem oneribus perpetuis suscipiendis; Et de Religiosorum numero ultra redditus, & consuetas elemosynas locorum Regularium non habendo.

Super his Decretis multa postea sunt orta Dubitationes, quibus eadem Sacra Congregatio respondit, & S. S. D. N. eas confirmavit, & approbavit, quas omnes moribus subijciam.

Causae eadem haec Decreta.

Cum saepe contingat, in quibusdam Ecclesiis tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis Defunctorum reli-

ut supra impositi, ab iis, ad quos pertinet. Sedem Apostolicam esse adendam, quae absque ulla impensa id statuerit, quod magis in Domino e re esse iudicaverit. Verumtamen si in ipsa Beneficii erectione expresse cautum fuerit, ut liceat Episcopo in iunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & observandam.

Ad Secundum: esse intelligenda de praescriptione facta ab eo, qui elemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens elemosynam numerum Missarum celebrandarum non praescripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot praescripserit Ordinarius secundum morem Civitatis, vel Provinciae.

Ad Quartum: Sacerdotes quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu capellaniae, legati, aut salarii, si elemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utriusque obligationi satisfacere.

Ad Quintum, censuit, ubi nullam certam elemosynam testator reliquit, esse ab Episcopo praescribendam elemosynam congruam, quae respondeat oneribus missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciae.

Ad Sextum, ita esse intelligenda, Ad Septimum respondit, permittendum non esse, ut Ecclesia, ac loca pia, seu illorum Administratores, ex elemosynis missarum celebrandarum ullam, utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in missarum celebratione, nisi cum Ecclesia, & loca ipsa alios non habent redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quae pro ipsomet tantum mille sacrificio necessario sunt subeunda, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quae superfluae, expensis ut supra deductis, absolute tot missae celebrentur, quot praescriptae fuerint ab offerentibus elemosynas.

Ad Octavum, non habere locum, sed satis esse, ut Rector Beneficii, qui potest missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam, secundum morem Civitatis, vel Provinciae, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit.

Ad Decimum, debere absolute integram elemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.

Ad Undecimum respondit, non prohibere absolute: Ac propterea, etsi oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad duodecimum: quamvis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri

nequeant, si tamen tribuens elemosynam pro aliarum missarum celebratione sciat, & consentiat, ut illa tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu elemosyna accipiat pro iisdem missis juxta benefactoris consensum celebrandis.

Ad Decimum tertium, has poenas non habere locum, nisi in suscepturis onera perpetua missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel ejus generalis Vicarii, aut Generalis, vel Provincialis.

Ad Decimum quartum, comprehendit.

Ad Decimum quintum, non posse, nisi de consensu eorum, qui elemosynas tribuunt, ut supra in responsione ad Duodecimum.

Ad Decimum sextum, comprehendit etiam privatos Sacerdotes.

Ad Decimum septimum, numeri praefixionem esse iterum faciendam servata forma ultimi decreti hac de re editi.

Ad Decimum octavum, esse admittendos ad professionem, si alias habiles existant; ac deinde in aliquo alio monasterio ejusdem Religionis esse collocandos, ubi commode ali possint.

Ad Decimum nonum, censuit comprehendere.

Ad ultimum: habere locum extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres, Prosper Fagnanus S. Cong. Secr.

CXXXIII.

Confirmatur Concordia inita inter Capitula, aliosque Ecclesiasticos Regnorum Castellae, & Legionis super solutione Decimae a nonnullis Pontificibus Philippo IV. Hispaniarum Regi concessae, ac prorogatae.

En Regest. in Secreti. brev.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pro nostro munere in his partes nostras libenter interponimus, quae ad concordiam, & pacem inter Catholicos Reges, & ecclesiasticas personas, super exactionibus, apostolica auctoritate, faciendis, pertinere dignoscuntur.

Exordium.

§. 1. Nuper Aquidem, sicut Nobis nuper exponi fecerunt Charissimus in Christo filius noster Philippus IV. Hispaniarum Rex Catholicus, ac dilecti filii singularum Toletan., Ispalen., Compostellan., Granaten., Borgen., Legionen., Palentin., Oveten., Segutin., Conchen., Pampilonen., Giennan., Zamoren., Astorican., Malacitan., Gaurien., Pacen., Aurien., Canarien., Guadixen., Segobien., Civitaten., Calaguritan., Calciaten., Salamantin., Oxomen., Vallisoletan., Lucen., Mindonien., Almerien., Tuden., Abulen., Oriolen., Palentin., Carthaginen., & Guadiceen.,

Causa in eundem concordia.

Concordia 1602. §. 2. In primis: quod praedictus Status Ecclesiasticus Coronae Castellae, & Legionis, darent, & solverent dicto Philippo IV. Regi, seu personae ab eo deputatae ducentos, & quinquaginta mille Ducatos, qui ascenderent ad numerum nonaginta trium millionum, & septingentorum quinquaginta millium Morapetinarum quolibet anno, durantibus quinque annis prorogationis, pro iis, quae ad hujusmodi effectum dicto Regi debentur, & ad eum spectant, ratione dictorum Regnorum Castellae, & Legionis, non comprehensis in praesenti concordia, & repartitione dictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducat. Regni Aragoniae, Cathaloniae, & Valentiae, ac Insulis illis adiacentibus, itaut dictus Philippus III. Rex ab ipsis possit exigere illud, quod sibi ex prorogatione hujusmodi provenit, excepta ecclesia Oriolen., cujus dispositio, & pars ingreditur, & computatur una cum Statu Ecclesiastico Coronae Castellae, & Legionis: Et quia transactionis, & concordiae hujusmodi instrumentum, antequam gratia praedicta prorogatio currere inciperet, stipulari debebat, id autem factum minime fuit, quia Ecclesia distulerunt, insimul se congregare ad eum effectum, ideo hac dilatione durante data fuerunt cedulae vulgo libranzas summae ducentorum, & quinquaginta mille ducatorum ab eis solven., in fine Junii, & Novembris

Concordia 1602.

anni 1623. pro medietate in argentea, & altera medietate in aenea moneta, quam vulgo de Vellon nuncupant, pro fructibus anni 1622. qui fuit primus hujus quinquennii eidem Philippo III. Regi, ut praefertur, ultimo prorogati, & solverunt, non obstantibus protestationibus factis, quod non tenebantur, & aliis causis, est pactum, & conditio hujus transactionis, & concordiae, quod pro solutione facta de dicto mense Novembris sequentis pariter in moneta argentea solutio mensis Junii anni 1624. ab ipsis in moneta aenea de Vellon nuncupat. recipi debeat: & quod quarta pars septem solutionum successivarum, quae complebuntur in fine anni 1627., debeat fieri in moneta argentea, & aliae tres partes in moneta aenea de Vellon nuncupata pro hujusmodi quinquennio, absque eo quod deinceps trahatur in consequentiam; quas solutiones dabunt, & facient suis sumptibus in capitulis cuiusvis Dioecesis reddituum decimatum, & primitivatum, quas habebunt, quia super istis, & non super ullis aliis redditibus ecclesiasticis debent repartiri, & recuperari quomodolibet dictorum quinque annorum dicti ducenti, & quinquaginta mille Ducati, & ex nunc remaneant obligatae, prout obligantur Capitula generaliter, & debeant se obligare in particulari pro solutionibus, quarum remanent debitorum pro quinquennio ipsi Philippo Regi III. ut praefertur prorogato, juxta repartitionem, quae est ut sequitur.

Capitulum Ecclesiae Toletan. pro se, & sua Dioecesi solvet summam quatuordecim millionum, ac septingentorum, & decem millium nonagitorum, & triginta Morapetinarum.

Distributio summam a Capitalis solvendam.

Capitulum Ecclesiae Ispalen. pro se, & sua Dioecesi novem millionum sexcentorum, & sexaginta quinque millium, & trecentorum, & triginta octo Morapetinarum.

Capitulum Ecclesiae Salamantin. pro se, & sua Dioecesi duorum millionum ducentorum, & nonaginta sex millium, duodecim Morapetinarum.

Capitulum Ecclesiae Zamoren. pro se, & sua Dioecesi, duorum millionum, septuaginta, & novem millium ducentorum, & quinquaginta septem Morapetinarum.

Capitulum Ecclesiae Seguntin. pro se, & sua Dioecesi duorum millionum sexcentorum, & quadraginta trium millium, centum, & quadraginta septem Morapetinarum.

Capitulum Ecclesiae Conchen. pro se, & sua Dioecesi quatuor millionum sexaginta, & duorum mille quingentorum, & octuaginta, & minus Morapetinarum.

Capitulum Ecclesiae Carthaginen. pro se, & sua Dioecesi unius millionis, quingentorum, & octuaginta, & quatuor mille ducentorum, & quadraginta septem Morapetinarum.

Capitulum

Hæc Decreta singulis sex mensibus in mensa legenda.

Eaque interpretari nemini liceat.

Derogatio contrariis.

Præsentium Decretorum publicatio.

omnimodæ jurisdictioni subiecta esse intelligantur.

§.15. Porro, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cujusque Monasterii, Conventus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur sub pena privationis officii, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrendæ, ut in perpetuum, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Adventus, & feria sexta post Octavam Corporis Christi præsentibus ordinationes in publica mensa perlegantur.

§.16. Omnibus tam ecclesiasticis personis, cujuscumque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quocumque honore, ac potestate præditis, præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

§.17. Non obstantibus, quod superscripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joanni Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujuslibet alterius Instituti, etiam necessario, & in individuo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tam secularium, quam regularium locorum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla Aurea, aut aliis nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestate plenitudine, aut aliis quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis; etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialibus, & individuis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis aliis in suo robore permanentibus, Sacra Congregatio Sanctitatis Sux auctoritate specialiter, & expresse derogat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.18. Et ne præmissorum ignorantia a quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, ut præsentibus ordinationes in valvis Basilicarum Sancti Joanni Lateranensis, & Principis Apostolorum, de Urbe,

& in acie Campi Floræ, ut moris est affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

§.19. Utque earundem præsentium, transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ die 21. Junii 1625.

Cosmus Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S. C. Secr.

Anno D. N. Jesu Christi 1625. Indit. 8. Pontificatus autem in Christophoris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus tertio, die vero 22. mensis Septembris, superscripta Decreta affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, per nos Camillum Fundatum, & Fabium Emilianum Secretiss. D. N. Papæ Curæ.

Brandimartes Latinus prælibati Sanctiss. D. N. Papæ, ac S. Romæ, & Univers. Inquis. pro Mag. D. D. Curæ.

Sequuntur Dubia, ac Declaratione aliquot Sacræ Congregationis Concilii Sanctissimi Domini Nostri Urbani Papæ VIII. auctoritate editæ super Decretis ejusdem Congregationis de Celebratione Missarum.

Supet primo Sacræ Congregationis decreto, de Celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitali Generalibus, vel aliis quoquomodo, reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine foundationis;

Quæritur, quod si legatum sit ita tene, ut non sit, qui velit onus illi injunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum infundendum sit pro expensis ad id necessariis?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, ut possit hujusmodi onera moderari?

Secundo: Super secundo ejusdem Congregationis decreto, quo cavetur, ut celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributa elemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, An verba illa ( præscriptæ ut rint ) intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertio: An cum Ordinarius præscriperit elemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

Quarto: An Sacerdotes, qui tenentur Mis-

Et fides transumptorum.

Dat. 21. Junii 1625.

Missas celebrare ratione Beneficii, seu Cappellani, legati, aut salarii, possint etiam manuaelem elemosynam pro Missis votivis, aut defunctorum, recipere, & unico Missæ sacrificio utrique oneri satisfacere.

Quinto: Posito, quod Testator relinquat, ut celebrentur pro ejus anima centum Missæ, absque ulla præscriptione elemosynæ: Quæritur, an liberum sit heredibus, elemosynam sibi bene visam præscribere, an vero eadem elemosyna præscribenda sit ab Ordinario.

Sexto: Super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio revocat privilegia, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, An verba ( in futurum suscipiendis ) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Privilegium?

Septimo: Super quarto ejusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui suscepit Missam celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem elemosynæ sibi tentata, celebrandam committat.

Quæritur, An permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam elemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inservientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similibus?

Octavo: An hoc decretum habeat locum in Beneficiis, quæ conferuntur in titulum: idest, An Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii?

Decimo: An Sacerdotes, quibus aliquando offertur elemosyna major solita, pro celebratione Missæ, debeant dare eandem integram elemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt: An vero satis sit, ut dent celebrantibus elemosynam consuetam.

Undecimo: Super quinto ejusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba ( elemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ) ita demum iisdem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant: Alioquin omnino abstineant ab hujusmodi elemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat absolute, quo minus accipiant novas elemosynas, qui acceptis non satisfecerunt: & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid si offerens elemosynas, audit impedimento, consentiat, ut Sacerdos Missam celebret cum primum poterit?

Decimotertio, An poena interdicti, & alia appositæ in eodem decreto afficiant tam eos, qui accipiunt elemosynas con-

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

tra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesiis, ut ibidem præcipitur?

Decimoquarto: An in hoc decreto comprehendantur illa capsula, quæ apponi solent in Ecclesiis in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgo dicuntur, ( Casso de' Morti )?

Decimoquinto: An Administratores Ecclesiæ magnæ devotionis, & concursus possint elemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne aliis cultus Ecclesiæ, & devotio, ac concursus fidelium, ut ajunt, minuantur?

Decimosexto: Quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegiis, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, & priorum locorum, tam secularium, quam regularium Superioribus, de quibus sit expressa mentio, non autem privatis Sacerdotibus, qui tamen comprehenduntur sub clausula generali ( & aliis ad quos pertinet ) supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimoseptimo, super septimo ejusdem Sacræ Congregationis decreto, quo cavetur, ut in singulis Monasteriis Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consecutis redditibus, aut elemosynis commode possint sustentari:

Quæritur: An ubi hæc præfixio facta jam fuit in vim similis decreti san. mem. Pauli V. absque tamen computatione reddituum cujusque religiosi, sit denuo facienda, necne?

Decimoostavo: An Novitii ad habitum regularem admitti possint admitti ad professionem in Monasteriis, in quibus, habita ut supra præfixione numeri, commode ali non possunt?

Decimono: Super ultimo, quo cavetur, ut nullibi recipiantur Conventus regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita ut aliquin subint jurisdictioni ordinariæ:

Quæritur: An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Cappuccinorum, ac Societatis Jesu?

Ultimo: An idem decretum, ubi disponit, ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proxime antecedens, an vero etiam extra Italiam?

Subsequuntur Declarationes, seu Responsiones ad suprascripta Dubia.

Sacræ Congr. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum, auctoritate sibi a S.S.D.N. attributa, ad singula dubia superius proposita in hunc modum respondit, videlicet. Ad Primum est legatum sit adeo tene, nihilominus, pro reductione oneris,

V u 2 ut

relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, ut illis pro singulis diebus prescriptis nequeat satisfieri; & tamen nova onera Missarum in dies suscipiantur; indeque fiat, ut depereant pia testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animae suffragiis priventur, Ecclesie debitus subtrahatur cultus, ac Christi fideles gravi scandalo affecti, plerumque a similibus charitatis operibus retrahantur. Cumque his malis maximum inter cetera fomentum præbeat, aut quod ii, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent, illas brevi ad pauciores numerum à Superioribus reductum iri; aut quod Ecclesiis, forte pecuniarum absumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum absque ullo emolumento; aut quod eleemosyna pro illis celebrandis sit adeo tenuis, ut non facile inveniantur, qui velint huic se muneri subicere, & redditus Ecclesie, aut Monasterii adeo exigui, ut Sacerdos pro necessaria sua sustentatione novis se oneribus obstringere compellatur: Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum animadvertens, facturam se rem Deo gratissimam, charitativamque, ac Iustitie maxime consentaneam, si pro viribus satagat, hunc teterrimum abulum à Christiana Republica convellere atque eradicare: Sanctissimi Domini Nostri Urbani divina providentia PP. VIII. auctoritate sibi specialiter attributa, infra scripta Decreta edidit.

Pro reductione Missarum recurrendum omnino ad S. Sedem.

Missæ celebranda ad rationem attributa eleemosynæ.

Revocatio Indultorum satisfaciendi o.

§.1. Ac primo districte prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliis quoquo modo reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderaciones, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

§.2. Deinde, ubi pro pluribus Missis, etiam ejusdem qualitatis celebrandis, stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, sive ab una, sive à pluribus personis collata fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Monasteriis, Conventibus, Congregationibus, Domibus, ac locis piis quibuscumque tam secularibus, quam regularibus, Sacra Congregatio sub obstestatione divini Iudicii mandat, ac præcipit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa eleemosynæ prescripta fuerint, ita ut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur.

§.3. Id vero ut deinceps observetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat privilegia, & indulta omnia

quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis piis, tam secularibus, quam regularibus, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

§.4. Ac similiter, omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

§.5. Præterea, ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis eo tepidiores, ac seigniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, aut parva sint utilitate conjuncta, statuit, atque decernit, ut pecunie, ac bona mobilia Ecclesiarum, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, ac locis omnibus tam secularibus, quam regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab iis, ad quos pertinet, sub poena Interdicti ab ingressu Ecclesie ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis statim debeant penes adem sacram, vel personam fidei, & facultatibus idoneam deponi, ad effectum illa, seu illorum pretiū quamprimum investiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

§.6. Ac si eadem bona immobilia auctoritate apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem poena, ut supra, deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum ejusdem oneris repetitione, atque annexione converti debeat.

§.7. Ad hæc Sacra Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tam secularium, quam regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, districte prohibet, ne imposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, seculares quidem sine Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii, Regulares vero sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda: alioquin secularis, qui huius prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesie interdictus sit eo ipso: Regularis vero poenam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cetero obtinenda, vocisque activæ, ac passivæ absque alia declaratione incurrat.

§.8. Eleemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iisdem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant; alioquin omni-

Certa eleemosyna pro Missæ celebratione suscepta integra celebrati tradendi debet.

Pecunie vel bona pro Missis celebrandis relicta deponi debent.

Et cum eodem onere investi.

Onera perpetua Missarum non recipienda sine legitimi Superioris licentia.

Manuales vero eleemosynæ non accipiendæ, nisi nova onera possint adimpleri.

omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblati in futurum recipiendis, & capulas auferant ab Ecclesiis cum inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili, sub iisdem poenis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur.

Quando licentia Superioribus sit danda nova onera suscipiendi.

Mandatum Superioribus Regularibus de recognitione redditibus, & obventionibus singulorum Monasteriorum, &c.

Et præfignendo Religiosorum in unaquoque Provincia numero.

§.9. Episcopus vero, seu ejus Vicarius, aut Generalis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirent de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuique Ecclesie, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nec antea assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitime confiterit, illius Sacerdotes tam novo oneri suscipiendo, quam antiquis iam susceptis satisfacere posse, præcipueque rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesiis, & locis piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis, secundum morem cuiusque Civitatis, vel Provinciae, intelligantque, si in re tanti momenti desides, vel negligentes fuerint, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse reddituros.

§.10. Postremò Illustriss. Patres, non sine gravi animi dolore, intelligentes, male fere omnia, quæ regularem disciplinam evertunt, ac præcipue nimiam hanc facilitatem fovent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullularet ex majori Regularium numero, quam ferat redditus, & eleemosynæ cuiusque Monasterii, inhærentes Summarum Pontificum, ac Sacri Tridentini Concilii Decretis hæc de re editis, Sanctissimi Domini Nostri auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præfidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italie, & Insularum adjacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet Provincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatoribus, & rerum usu peritoribus, bona immobilia, census, redditus, & proventus omnes, consuetas item eleemosynas, & obventiones, tam communes Monasteriorum, Conventuum, & Domorum ejusdem Provinciae, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem usum deinceps conferendas, decem annorum immediate præcedentium habita ratione, diligenter, & mature recognoscant, iis omnibus detractis, quæ reparaciones, præstationes, grandines, sterilitates, aliave cujuslibet generis onera consueverunt absorbere.

§.11. Eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cujus interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione Generali, vel Provinciali coram tribus Iudicibus ab Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

ipsetmet Capitulo, seu Congregatione deligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obventionibus universis, & oneribus ut supra detractis, sedulo examinent, quot religiosi homines connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis servientibus, in unoquoque Monasterio, Conventu, & Domo regulari juxta regionis, & proprii Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, cuiusque familie Monasterii, Conventus, ac Domus regularis in singula quoque Provincia certus earum tantum personarum numerus, Patrum capitularium voto, præstatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obventionibus, ut superius, sufficienter ali possint.

§.12. Ne vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, suo muneri satisfaciant, mandat Sacra Congregatio, ut infra annum, post proximum Capitulum Generale, vel Provinciale computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad sacram ipsam Congregationem Concilii singuli mittant.

§.13. Numerumque familie, singulorumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli, seu Congregationis Generalis, vel Provincialis sententia, & auctoritate præfinitum, iisdem Superiores, tam Generales, & Provinciales omnes, quam locales perpetuo servare omnino teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti reddituum, absque Sacra ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfinito termino non præstiterint, vel numerum, ut supra præscriptum, quovis modo augere præsumpserint, privationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque activæ, ac passivæ, & ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam poenam eo ipso incurrere, atque aliis etiam gravioribus à Sede Apostolica infligendis Sacra Congregatio subjacere voluit, & declaravit.

§.14. Deinceps vero Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium, nulli recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis ejusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus ut supra detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti a fel. rec. Gregorio XV. hæc de re editi. Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hæc recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque

Notulaque S. Congregationi exhibenda.

Qui numerus Religiosorum Sæc. Congregationis licentia augeri non potest.

Quibus conditionibus novi Conventus recipi queant.

Vu omni-

Capitulum Ecclesie Oriolen. pro se, & sua Diocesi quadringentorum, ac quadraginta millium trecentorum, & nonaginta septem Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Corduben. pro se, & sua Diocesi trium millionum quadringentorum, & quinquaginta duorum mille, centum, & octuaginta, ac quinque Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Pacen pro se, & sua Diocesi unius millionis sexcentorum, & novem millium nongentorum, & decem Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Caurien. pro se, & sua Diocesi unius millionis quingentorum, ac nonaginta novem mille ducentorum, & quatuordecim Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Placentin. pro se, & sua Diocesi duorum millionum trecentorum, & novem millium, septingentorum, ac viginti, & unius Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Giennen. pro se, & sua Diocesi duorum millionum, ducentorum, & nonaginta quatuor millium quadringentorum, & sexaginta octo Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Sancti Jacobi pro se, & sua Diocesi duorum millionum septingentorum, & undecim millium, ducentorum, & quinquaginta octo Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Burgen. pro se, & sua Diocesi quinque millionum, centum, & triginta duo millium, quingentorum, & sex Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Legionen. pro se, & sua Diocesi duorum millionum nuncupat. ducentorum, & octuaginta sex millium, & quinquaginta novem Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Oveten. pro se, & sua Diocesi unius millionis quadraginta duorum millium, octingentorum, & viginti sex Morapetitorum.

Capitulum Ecclesiarum Calaguritan., & Calciaten., pro se, suisque Diocesis duorum millionum octingentorum, & trium millium, centum, & sexaginta quatuor Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Astorice. pro se, & sua Diocesi unius millionis ducentorum, & sexaginta millium, & sexaginta, & octo Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Abulen. pro se, ac sua Diocesi trium millionum, quinquaginta duorum millium, & quadraginta sex Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Segobien. pro se, ac sua Diocesi duorum millionum, ducentorum, & quadraginta septem millium, trecentorum nonaginta, & unius Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Oxomen. pro se, ac sua Diocesi duorum millionum ducentorum, & duorum millium, ducentorum, & nonaginta novem Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Aurien. pro se, & sua Diocesi unius millionis centum, ac quinquaginta quatuor millium, centum decem, & octo Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Lucen. pro se, & sua Diocesi quadringentorum decem & sex millium, & septuaginta duorum Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Mindonien. pro se, & sua Diocesi ducentorum, & nonaginta trium millium septingentorum, & quadraginta Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Tuden. pro se, ac sua Diocesi quingentorum millium, nongentorum, & quinque Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Palentin., pro se, & sua Diocesi trium millionum sexcentorum, & quinquaginta millium, sexcentorum, & nonaginta, & unius Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Vallisoletan., pro se ac sua Diocesi unius millionis sexcentorum, & tredecim millium, & nonaginta duorum Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Civitaten. pro se, ac sua Diocesi septingentorum, & quatuordecim millium, & quadraginta sex Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Guadicen. pro se, & sua Diocesi sexcentorum, & sexaginta septem millium, & quinquaginta novem Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Granaten. pro se, & sua Diocesi unius millionis quadringentorum nonaginta, & octo millium nongentorum, ac quinquaginta septem Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Malacitan. pro se, ac sua Diocesi unius millionis, trecentorum, & nonaginta septem millium, trecentorum, & quinquaginta sex Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Guadixen. pro se, ac sua Diocesi trecentorum, & viginti quatuor millium, centum, & octuaginta octo Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Almerien., pro se, ac sua Diocesi trecentorum, & viginti sex millium, septingentorum, & quinquaginta, & unius Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Pampilonen. pro se, ac sua Diocesi unius millionis, quadringentorum, & septuaginta duorum millium, centum, ac quinquaginta, ac quinque Morapetitorum.

Capitulum Ecclesie Canarien. pro se, & ejus Diocesi quingentorum decem, & octo millium, sexcentorum, & duorum Morapetitorum.

Abbatia de Alfaro octuaginta novem millium quingentorum, & octuaginta septem Morapetitorum.

Abbatia de Agreda centum, & quinquaginta sex millium, septingentorum, & octuaginta Morapetitorum.

Vicaria de Alva de Liste centum, & septuaginta novem millium centum, & septuaginta septem Morapetitorum.

Vicaria de Huescar, centum, & triginta trium millium, octingentorum, quadraginta, & unius Morapetitorum.

Abbatia de Baza centum, & quinquaginta octo millium, centum viginti, & unius Morapetitorum.

Mili.

Milites Militie S. Jacobi duorum millionum, noningentorum, & undecim millium, sexcentorum, ac triginta quatuor Morapetitorum.

Milites Militie de Calatrava, duorum millionum, centum, & octuaginta trium millium, septingentorum, & vigintiquatuor Morapetitorum.

Milites Militie de Alcantara unius millionis noningentorum, & trium millium, septingentorum, & septuaginta Morapetitorum.

Alii concordia Articuli.

Insuper quod aliquis de comprehensis, in predicta concessione, & prorogatione, cujusvis dignitatis, & preeminentia, Ordinis, & Religionis existat, non eximeretur, neque exemptus fuisse censetur a solutione rata illum tangens dictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum quolibet anno dictis quinque annis durantibus, & quod si per Nos aut dictum Philippum Regem aliquis exemptus esset, aut eximeretur ex dictis personis, vel militis, ordinibus, aut quavis alia dignitate fulgentibus, sic comprehensus in dicta concessione, & prorogatione: idem Philippus Rex fieri mandet desuper justam reflectionem recipiendo ab ipsis Ecclesiis ad suum computum defalcando ex dictis ducentis, & quinquaginta mille ducatis ratam tales personas, vel Milites tangentem.

Rursus quod qualibet persona cujuscumque dignitatis, & qualitatis existant, qua percipiunt, & percipient pensiones, comprehendere debeant, ad effectum contribuendi ad instar aliorum reddituum decimium in divisione hujusmodi ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum, non obstante quacumque clausula, exemptione, prerogativa, aut donacione, & obligatione, etiam in forma Camera, & in suum favorem factis.

Quodque Decima, & Tertia, quas idem Philippus Rex habet, etiam quocumque modo possidet, vel alias vendit, aut impignoravit, cum evictione, & immunitate, ac declaratione quod sint, & esse debeant libera a divisione, & subsidio, & qualibet alia impositione apostolica, remanere debeant libera, & salva a repartitione dictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum, absque eo quod hac de causa, vel aliqua alia, nisi ex contentis in presenti concordia, aliquid minuat ex summa ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum hujusmodi.

Reliqua vero tertia, decima, & alia primitiva per quascumque Ecclesias, Collegia, Universitates, Monasteria, & quascumque personas possessa, & percepta, quocumque titulo, iure, consuetudine, seu privilegio fuerint, remaneant comprehensa, & contribuere debeant in dicta divisione ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum hujusmodi.

Insuper quod d. Philippus Rex recipere debeat, & recipiat ad computum omne id, quod tanget, & fuerit juste distributum mensis Archiepiscopalis, & Episcopalis

dictorum Regnorum Castellae, & Legionis, eadem sede vacante, intuitu dictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum.

Quodque idem Philippus Rex debeat mandare, dari quascumque cedulas ac mandata solita, & necessaria ad effectum, ut brachium seculare det, & praestet favorem, & auxilium ad executionem, & exactiorem dicta divisionis predictorum ducentorum, & quinquaginta millium ducatorum, & expensarum desuper faciendarum, & negotia presentem concordiam tangentia non ducantur, seu trahantur in audientias Regias per vim, neque in illis se intromittant.

Quodque lites competentiarum, que causabuntur super solutione subsidii, ut praefertur, prorogati, non possint trahi, neque trahantur ad aulam competentiarum neque ad concilium, neque ad aliud tribunal, nisi ad infra scriptos exequutores, & commissarios, & quod ab eis videantur, & determinentur, alioquin praesens concordia nulla sit.

Quodque pro Judicibus, commissariis apostolicis, & exequutoribus generalibus dicta concessione, & prorogatione dentur, & debeant dari provisiones, & subdelegationes Judicum, & omnia recapita necessaria pro solutione subsidii prorogati hujusmodi, & expensarum: quodque ea, que debentur Capitulo seu Dignitati, vel Canonico, possint recuperari per iudices subdelegatos, etiam si illi aliquam in hoc experiantur difficultatem, dummodo tamen hujusmodi debitum sit de fructibus, seu redditibus, quod debet, & solvit subsidium, neque excedat quantitatem, que unicuique fuerit repartita, & alias, prout continetur in institutionibus, ac provisionibus, & scripturis circa illud datis.

Quodque per pragmaticam a dicto Philippo Rege de anno 1622, publicatam inter alia prohibentem, ne in scripturis concessionum, sive arrendamentorum, reddituum, & debitorum summisiones justitias, neque salaria personis, que illas exequantur, poni possint, non intelligatur prohibita fuisse dictas summisiones, & salaria in redditibus ecclesiasticis, de quibus solvitur subsidium, & excusatum, sed in scripturis dictorum reddituum ecclesiasticorum, super quibus impositae sunt gratiae hujusmodi, possint poni summisiones, & salaria iisdem prioris modo, & forma, quibus fieri consueverat, antequam pragmatica hujusmodi promulgaretur, alioquin praesens concordia similiter nulla sit eo ipso.

Præterea ut pro parte dictorum Philippi Regis, & Status Ecclesiastici predictorum Regnorum supplicetur Nobis, quod concederemus Breve, quo confirmaremus, & approbaremus dictam concordiam, quam teneantur adimplere omnes Ecclesie dictorum Regnorum, tam illa, quarum Procuratores ibi aderant, que maximam partem constituunt, quam illa, que Procuratores non habebant, si que non se subscriperunt.

Rursus quod Iudices Commissarii Apostolici exequutores generales dicta concessione

fionis, & prorogationis dent, & dare debeant provisiones, & subdelegationes Judicum subdelegatorum, & quod dicti subdelegati sint de Capitulis, Dignitatibus, & Canoniciis, & non alii, ut moris est pro dicta recuperatione, & quoties ad dictum commissariatium generalem fuerit appellatum, per viam gravaminis, quo aliquis se laesum praetendat ex dicta divisione, & repartitione, si desuper aliquid ordinaverit; nihilominus iterum non suspendet solutionem, neque impediet subdelegans executionem exactionis, & desuper omnibus iustitiam administrent, & alias prout in publico desuper a dilecto filio Joanne de Talavera Scriba Regio, & publico Notario sub die 22. mensis Junii anni proxime praeteriti confecto instrumento plenius dicitur contineri.

Rex, & Capitula ei poterunt confirmari.

§.2. Cum autem tam Philippus Rex quam Capitula, & Status Ecclesiasticus Regnorum Castella, & Legionis huiusmodi cupiant concordiam praedictam pro illius majori validitate apostolica confirmationis robore communiti; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio Urbani.

§.3. Nos, qui honestis Regis, & Capitulorum praedictorum votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, eundem Philippum Regem, & singulares personas Capitulorum huiusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum praemissorum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; necnon concordiae, & instrumenti praedictorum veriores tenores praesentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, concordiam huiusmodi, & inde sequuta quaecumque, etiam si ad exactionem pecuniarum in eadem concordia contentarum etiam ante huiusmodi nostram confirmationem, in totum, vel in partem sit processum, apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus; illisque perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus: suppletes omnes, & singulos tam Juris, quam facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, eaque ac tam quoad Capitula, quae nullo modo praesenti concordiae, & distributioni interfuerint, nec illis consenserunt, etiam si S. R. E. Cardinales fuerint, Ecclesias, & alia Beneficia possidentes, necnon decimas, primitias, & alios fructus in dicta concordia expressis exigentes valida, & efficacia esse, ac per eos omnes inviolabiliter observari debere, illosque ad illorum omnium observacionem, & solutionem omnibus viis, ac juris, & facti remedijs cogi, & compelli posse, & debere decernimus.

Contrahentes censuris, quatenus opus sit, absolvi.

§.4. Absolventes etiam, si opus fuerit, tam ipsum Philippum Regem, quam quoscumque ejus Ministros, necnon quascum-

que ecclesiasticas, tam seculares quam regulares personas a quibusvis censuris, & poenis, si quas propter praemissa quomodolibet incurrerint, etiam si in irregularitatem aliquam inciderint, ac Missas, & alia divina officia interim, non tamen in contemptum Clavium, celebraverint, super qua irregularitate huiusmodi per eos forsitan quomodolibet incurra harum serie dispensamus, nec propterea fructus Ecclesiarum, & bonorum obtentorum suos non fecisse dici, aut censerari posse declaramus, ac ab eis omnes inhabilitatis maculam, sive notam, si quam propter praemissa quomodolibet incurrerint, abolemus, eosque in pristinum, & eum, in quo ante praemissa quomodolibet erant, statum in omnibus, & per omnia restituimus, reponimus, & plenarie integramus, ac restitutos, repositos, & plenarie reintegratos per praesentes nunciamus.

Ad solutionem quaecumque pia loca teneri declarari.

§.5. Caterum ad obviandum litibus, & controversiis, quae inter personas ecclesiasticas oriri possent, harum serie declaramus, ad contributionem solutionum huiusmodi concordiae vigore faciendarum Monasteria, & alia loca pia quocumque respectu etiam eorundem bonorum, quae vulgo dicuntur de labranza, & crianza, quae vix pro usu, & victu personarum eorundem Monasteriorum, & praedictorum locorum inserviunt, teneri, & obligatos fore.

Clausula.

§.6. Sicque in praemissis omnibus, & singulis, per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam sacri Palatii Apostolici Auditores, & eisdem S. R. E. Cardinales ubique iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Executores designatio.

§.7. Et nihilominus Venerabili Fratri moderno, & dilectis filii nostro, & Apostolicae Sedis apud eundem Philippum Regem nunc, & pro tempore existenti Nuncio, & Commissario Generali Cruciatum in Regnis praedictis per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum, per se, vel alium, seu alios, praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Philippi Regis, & singularum personarum praedictarum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ad executionem eorum omnium, quae in dicta concordia continentur, procedant, etiam per eos, ad quos spectat, eadem observari curent, & faciant, nec non eisdem Nuntio, & Commissario generali injungimus, quod ubi, & quoties super repartitione, & aliis in dicta concordia contentis aliquas differentias exortas fuisse compererint, illas absque retardatione solutionis juxta repartitionem jam factam, & faciendam iudicio eorum aequabiliter componant compositione, & terminent iustitiam partibus ministrando. Nos enim eisdem tam praemissa peragendi, quam quicquid super praemissis statuerint omni, & quacumque appellatione remota executioni debite demandandi, necnon contradictores quoscum-

bet

CXXXIV.

Indultum pro Fratribus S. Francisci de Observantia in partibus Indiarum Occidentalium existentibus, quod de suorum Superiorum licentia a quocumque Catholico Antistite de consensu Dioecesani ad omnes etiam Presbyteratus Ordines extra tempora, & non servatis interstitiis promoveri possint.

De his Fratribus vide Const. XXVI. Leon. X. lte & vos, Tom. III. Par. III. fol. 430.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Cum, sicut dilectus filius Commissarius in Romana Curia Generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis exponi fecit, eisdem Ordinis Sancti Francisci professores in Indiarum Occidentalium partibus commorantes, assidua in Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, continuisque Verbi Dei praedicationibus, & aliis spiritualibus exercitiis, uberes in vinea Domini fructus inibi afferant, & propterea quo ipsi Fratres dicti Ordinis Sancti Francisci in dictis partibus commorantes in piorum, operum huiusmodi exercitio utilius, & melius continuare valeant, eisdem Fratribus per Nos desuper indulgeri summopere desideret.

Causa concedendi Indulti.

§.2. Nos ejusdem Commissarii Generalis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, ipsiisque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac Domorum, seu Conventuum Ordinis Fratrum Sancti Francisci in eisdem partibus existentium, singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejusdem Commissarii Generalis nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, Omnibus, & singulis ejusdem Ordinis Sancti Francisci in partibus Indiarum Occidentalium huiusmodi tantum existentibus, expresse professis, ut de Superiorum suorum licentia a quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam, & concessionem Apostolicae Sedis habente in propria Dioec. residente, vel in aliena de Dioecesani loci consensu Pontificalia exercente per eos eligendo ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines extra tempora ad id a jure statuta, ac interstitiis a Sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, annique circulo non expectato, etiam si in unoquoque ex dictis sacris Ordinibus susceptis, antequam ad alium promoveantur, se minime exercuerint, dummodo tamen ad id idonei reperiantur, & servatis alijs servandis promovendi: & promoti in illis etiam in Altaris

Indultum de quo in Rubrica.

bet, & rebelles per opportuna juris, & facti remedia, ac demum per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, auxiliumque brachii secularis invocando, plenam, & liberam facultatem concedimus.

Derogatio contrarietatum.

§.8. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris Nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dictis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, legibus etiam municipalibus, privilegijs quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, ac de apostolica potestate plenitudine, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque: Nec non omnibus illis, quae in dicta concessione prima decima huiusmodi expressum est non ob stare, seu si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possunt per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Cardinales a conventu solutione exempti.

§.9. Caterum eisdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales tantum, quibus pensiones annuae super fructibus Ecclesiarum Cathedralium, aut Metropolitanarum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum reservata, seu ipsi fructus, vel eorum pars loco pensionum reservati reperiantur, a praemissa contributione, quoad ipsas pensiones, & reservationes fructuum, volumus exemptos esse.

Fides danda Transumptis.

§.10. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu alienius publici Notarii subscriptis, sigilloque persone in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem proflus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 23 Junii 1625. Au. II.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 23. Junii 1625. Pontificatus Nostri Anno II.